



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

Dominica I. post Pascha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](#)

**THESES XVI.** *Surrexit. Marc. Resurre-*  
**16. v. 6. I.** *Resurrexit Christus : ab-  
soluta res est. Corpus erat, Caro erat ;  
pependit in cruce, emisit animam :  
posita est Caro in sepulchro ; exhibuit  
illam vivam , qui vivebat in illa ...  
Deus est, qui fecit. S. Aug. Serm. 137.  
**de tempore. II.** *Sed etiam absoluta  
res est ex parte nostra , Redempti su-  
mus à peccatis ; evasimus tyrannidem  
Diaboli ; resurgemus in hac ipsa carne ,  
qua viximus.**

## **DOMINICA I. post PASCHA.**

**T**HESIS I. *Ostendit eis manus, & latus. Joan. 20. v. 20.* Christus  
I. *Vulnera passus est.* II. *Vulnera ostendit.* III. *Vulnera retinuit.* Primum scilicet, ut nos æterno Patri reconciliaret, à dæmonis servitute redimeret, Paradisi portas aperiret. Secundum, ut suum Apostolis manifestaret amorem, ut eos in Fide firmaret, ut eos ad Patientiam excitaret. Ter-

tiū ad suam Gloriam , ad nostrum bonum , ad reproborum confusonem , in Selve hic . tom . 1 . fol . 333 .

*Præsentia  
Dei.*

THEISIS II. Stetit in medio . Joan . 20. v. 20. Gemina Peccatorum infelicitas est . I. Prima earum est , quod non cogitent , Deum ipsis præsentem esse . II. Secunda , quod non cogitent , se Deo præsentes esse . Nepos . II. Febr .

*Fides.*

THEISIS III. *Nisi video , non credam .* Joan 20.v. 25. Ad Curiositatem in rebus Fidei tollendam tria maxime concurrunt . I. Humanæ Menti imbecillitas . Homo enim sua intelligentia nequit attingere , quæ sunt supra ipsum , infra ipsum , intra ipsum . II. Divinorum Mysteriorum Sublimitas . Nam intellectus humanus Divina non potest cognoscere mysteria ob eorum magnitudinem , subtilitatem , & occultationem . III. Curiosorum lapsus , & infelicitas . Persæpe enim curiosi labuntur in errorem , hæresin , Atheismum . Vien . in Tertull . Prædic . verbo Fides .

THEISIS IV. *Noli esse incredulus , sed fidelis .* Joan . 20. v. 27. I. Etsi Catolicis



tholico maxima sit consolatio , quod certus sit , se in Fide non errare , nec decipi . II. Tamen Credenda credere , & vitam Fidei contrariam vivere terrori esse potest . Ita enim Credere , & ita Vivere est Chimæra , & non Chimæra hujus Sæculi . Vide Juglarem in Quadragesimali Conc . 2 .

THESES V. Dominus meus . Joan . Peccatum .  
20. v. 27. Ex plenitudine Domini , quod Deus habet in Homines , gravitas Peccati mortalis colligi poterit . Segneri in Christiano p. 2. Disc . 2 .

THESES VI. Affer manum tuam , & Vulnera .  
mitte in latus meum . Joan . 20. v. 27. Aspectus Vulnerum Christi Resuscitati tres admirabiles effectus in anima S. Thomæ produxit . I. Nam ex con spectu eorum Intellectus ipsius recepit lumina Fidei , quæ in eo erant obscurata . II. Voluntas inflamata est igne Amoris , qui extinctus erat . III. Memoria in Mentem revocavit bonum Magistrum suum , cuius oblitus est . Sic perdidisti in triduo memoriam Magistri , ut non crederes Omnipotentia Christi ? S. Aug . Serm . 159 de temp . Quid si ista Vulnera cum cæteris abolita fuissent , quod peri-



*periculum Fidei tuæ curiositas ista peperif  
set? S. Chrysol. Serm. de S. Thoma. Dñm  
Capuc. Festo S. Thom.*

*Pax.*

**THESSIS VII.** *Pax vobis. Joan. 20.  
v. 21.* Peccator trina fruitur inordi-  
nata Pace, scilicet cum Mundo, Di-  
bolo, & Seipso. I. Cum Mundo, qui  
nulla Mundi adversitate gravatur. II.  
Cum Diabolo, quia nulla Diaboli ren-  
tatione pulsatur. III. Cum Seipso, qui  
nullis conscientiæ stimulis cruciatu-  
Vivien. Tertul. Prædic.

*Misericor-  
dia Dei.*

**THESSIS VIII.** *Venit JESUS janu-  
clausis. Joan. 20. v. 26.* Dens bonu-  
erga Peccatores. I. Illos Exspectat. II.  
Quærit. III. Illos Recipit. Ecce Pati-  
entia Dei, Sollicitudo Dei, Affection-  
Dei erga peccatores. La Selve Conc.  
in Advent. fol. 82.

*Pax.*

**THESSIS IX.** *Pax vobis. Joan. 20.  
v. 21.* Datur Pax mala, quam Sceleras-  
ti sanciunt I. ad Errorem inducendum.  
II. ad Justum persequendum. III. Ad  
Crimen committendum.

*Quinque  
sensus.*

**THESSIS X.** *Gavisi sunt ergo Di-  
scipuli viro Domino. Joan. 20. v. 20.* Quis  
kun



tunc in omnibus corporis sensibus singularēm consolationem experiebantur. I. *In Auditu*, audiendo ipsum loquentem. II. *In Visu*, aspiciendo, & contuendo ipsum oculis suis. III. *In Tactu*, palpando manus, & latus. IV. *In Gustu*, manducando cum ipso. V. *In Odoratu*, quando per halitum insufflavit eis Spiritum Sanctum. De his omnibus Scriptura testatur: I. *Dixit eis.* 2. *Videte manus meas &c.* 3. *Palpate, mitte manum tuam &c.* 4. *Sumens reliquias dedit eis.* 5. *Insufflavit.* *Joan. 20,* *Caviari. part. 2.*  
*Exercitio 25.*

**THEISIS XI.** *Beati, qui non vi-* *Fides.*  
*derunt, & crediderunt.* *Joan. 2. v. 29.*  
I. Fidei lumina omnium sunt pulcherri-  
ma, dum in hac terra vivimus. II. Fi-  
dei lumina faciunt, ut incipiamus jam  
hic in terra positi videre, quae in altera  
vita visuri sumus. III. Fidei lumina  
nos in statu collocant promerendi lu-  
men Gloriæ. *Dictio. Apost.*

**THEISIS XII.** *Neli esse incredulus.* *Incredulu-*  
*Joan. 20. v. 27.* I. Incredulus non  
audit vocem Simplicium, II. Est sur-  
dus



dus ad vocem Miraculorum. III. Per  
sequitur eos , qui testimonium exhibi-  
tent Veritati. *Ibid:*

*Vulnera  
Christi.*

**THESS XIII.** Ostendit eis manus  
& latus. *Joan. 20. v. 20.* I. Christus  
ostendendo nobis Vulnera sua , curare  
cupit Vulnera nostra. II. Ostenden-  
do nobis Vulnera sua , vulnerare cupit  
Cor nostrum. III. Ostendendo no-  
bis Vulnera sua , impedire vult nos , ne  
infligamus ei nova Vulnera. *Dicit. apol.*



## **DOMINICA II** **post PASCHA.**

*Ovis.*

**THESS I.** *Ego sum Paster bona.*  
*Joan. 10. v. 11.* An Christus plius  
candidas, quam nigras, hoc est , plius  
innocentes quam penitentes oviculae  
foveat ? Problema esto. *Vide Segneri*  
*in Quadrages. Conc. 32. n. 6.*

**THESS II.** *Cognoscunt me mei.*  
*Joan. 10. v. 14.* Signa Ovium Boni  
Pastoris sunt. I. Quod oves eum cog-  
noscant , scilicet Dignitatem ipsius pro-  
ven-